COLLECTIO EPISTOLARUM VARIARUM
Oberitalien (Bologna?), 1. Hälfte 15. Jh. Seite 81r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



nimis nullatenus expedire / et preiudicium nobis producere possent Et ut
etiam susurronibus et de nostra Comitate obloqui volentibus ob
illis in partibus agitari / quousque unum oratorem nostrum ad te
duxerimus dirigendum. Ante autem quam revertaris si aliqua habes
significacione digna nobis illa per fidum nuncium et per tuas litteras
intimes ut oratorem nostrum valeamus utilius mittere super agendis
omnibus informatum / Datum etc.

·cccv· Solebat priscis seculis vir magnifice / militari disciplina
florere in principibus illis qui in fraudibus non dolis nec fa
ria odio inflamarent / sed bella omni bonitate lenirent Nunc
autem adeos devoluta cognoscitur / qui illa cum arte symoniaca
latrocinijs concremationibus et illicitis actibus bellicis abutun
tur regunt atque gubernant / quod hoc evidenti monstretur exemplo /
Induxistis cambium boeterium ad fictum cum quibusdam nostris civi
bus colloquium procurandum in sua fraude et dolositate detentum
Juxta enim senece sententiam Actorem stelus repetit suum / ut subdicti
colore colloquij suis fictis sermonibus in nostram patriam standa
lum incitaret / et suis veniret orationibus in Rumore. Sed
expedit vir magnifice ut armis et non conspirationibus de
certetis / Sumus enim celici Regis gratia qui semper iusticiam
tuetur et honestum / Juribus prompti vobis in prelium cunde
et non deceptionibus / vel capitis princeps malicie et fraudis
dyabolus est cuius mores custodiant et sectentur qui tali
principi famulantur et serviunt. Nos enim numquam distessimus
ab honesto nec fidei nostre fuimus unquam fractores inventi. Sci
mus tantum et hec aperte testamur quod violata fide quam more
marci Tulij est etiam hostibus conservanda Cone seculi bo
num esset extinctum. Hanc igitur fidem sumus eternis temporibus
servaturi nec promissiones nostras intendimus incestare quo
ad nostre anime corporibus inherebunt / Siquidem dicto Cambio
salvum conductum fecissemus / potius sanguinem proprium et natorum
parentum effundi / quam in stelus violate fidei posset dici nos
quomodolibet incurrisse / sed preterita stelera homines de
oculant et in decipulam quam molliuntur mergunt Is enim
Cambius patrie proprie proditor sua temeritate propria et exspirato
salvo conductu sibi concesso bellico fuit Jure detentus de quo sum
nostri libitum disponemus / Desinite ergo minari Si enim in humana
in capturos nostros ausi fueritis attemptare tot ex vestris habemus
et digno dei iudicio omnes adhuc vestras acies capiemus quod repe
dium in vestros potest simile compensari Datum etc.

Regi francorum
cccvj Xpianissime princeps Et serenissime Regum Expte scissimi
domini nostri huc prexit Reverendus pater et dominus dominus Episcopus